

Il buon maestro

Il maestro esperto non è quello che esagera nelle lodi o nei rimproveri, bensì l'educatore che si propone come un esempio di moderazione e saggezza.

Magister peritus ante omnia erga discipulos suos parentis animum sumit ac in eorum loco succedit. Is nec vitia habet nec tolérat. Non austeritas eius tristis est, non dissoluta comitas, quia inde odium, hinc contemptio venit. Multus ei de honesto ac bono sermo est, nam rare suos discipulos castigabit, si (“se”) eos saepe monuērit. Magister firmus minime iracundus est, nec tamen errorum dissimulator, simplex in docendo (“nell'insegnare”), patiens labōris, adsiduus neque inmodicus. Discipulorum quaestionibus libenter respondit et in eorum dictionum laudibus nec malignus nec effusus (“eccessivamente prodigo”), quia illud taedium labōris, hoc nimiam securitatem parit. In iudiciis non acerbe minimeque contumeliosus est, nam id quidem multos a studio fugat, quia nonnulli magistri sic obiurgant quasi oderint (“come se odiassero”). A bono magistro cotidie p̄aecepta dantur, quae (“che”, acc. n. plur.) secum auditores domum (“a casa”) portant.

(da Quintiliano)

Ettore compare in sogno a Enea

Il sonno di Enea è turbato dalla visione di Ettore che lo invita alla fuga poiché ormai il destino di Troia è segnato.

Simul ut prima quies mortalibus fessis incipit et dono deorum grata serpit, in somnis ante oculos Aeneae maestus Hector apparuit. Vir Troianus copiosas lacrimas effundebat, squalentem barbam, concretos sanguine crines gerebat atque vulnēra illa ostendebat, quae (“che”, acc. n. plur.) circa moenia patriae multa accepērat. Dum ultro flet, Aeneas virum compellabat et maestas voces expromebat: «O Teucrorum lux, cur (“perché”) tantae morae te tenuērunt? Quibus (“quali”, abl. f. plur.) ab oris, Hector, venis? Post multa tuorum funēra, post varios hominumque urbisque labores nos defessi te aspicimus! Sed cur ista vulnēra cerno?». Sic Hector ei respondit: «Heu fuge, deae fili, teque his flammis eripe. Hostis habet muros, ruit ab alto culmine Troia».

CULTURA

Traduci il seguente brano d'autore.

Si può prevedere il futuro?

La fiducia nella possibilità di prevedere il futuro attraverso segnali premonitori è radicata presso tutti i popoli, a partire dai più antichi.

Divinatio est praesensio et scientia futuri temporis, cui (“alla quale”) etiam populus Romanus vetere opinione fidem habet (fidem habere “credere”). Divinatione proxime ad deorum vim naturā mortalis accēdit. Omnes gentes, non solum humanae doctaeque sed etiam barbarae immanesque, hanc artem exercent. Principio Assyrii propter planitiam magnitudinemque regionum, ubi incolebant, quia caelum ex omni parte patens atque apertum aspiciebant, traiectiones motusque (“movimenti”, acc. m. plur.) stellarum observitavērunt. In illa natione Chaldaeī diuturnā observatione siderum scientiam futurarum rerum (“degli avvenimenti futuri”) trahebant. Illam artem etiam Aegyptii innumerabilibus paene saeculis coluerunt. Quam (“quale”, acc. f. sing.) coloniam vero Graeci in Aeoliam, Ioniam, Asiam, Siciliam, Italiam sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo¹ misērunt? Aut quod (“quale”, nom. n. sing.) bellum ab ea sine consilio deorum susceptum est?

(da Cicerone)

Ifigenia in Aulide

Agamennone, in partenza per Troia, acconsente a sacrificare la figlia per espiare l'offesa arrecata alla dea Diana.

Agamemnon et Menelāus ad urbem Troiam naves solvērunt; nam Helenam, a Paride Alexandro raptam, recipere statuerant. Tamen eorum naves in Aulide adversis ventis detinebantur, quia classis cursus (“la rottà”, nom. m. sing.) ob Agamemnōnis scelus prohibebatur: cerva Dianaē sacra ab eo nefarie necata erat. Tum Iphigenia, Agamemnōnis filia, in castra advocata atque ad aras admota, suam sortem expectabat; nam sanguine virgineo deae iram rex placare sperat (sic enim vates dixerant). Pietatem igitur publica causa, rex patrem viceras et apud aram, ante oculos deplorantium suam mortem immaturam, Iphigenia stebat. Sed flentium sacerdotum manus (“mani”, nom. f. plur.), iam virginem immolantes, a dea retentae sunt. Diana enim, misericordiā motā, nubem omnium oculis obiecit puellamque cum cerva commutavit. Huius immolatione dea placatur pariterque maris ira recedit et mille (“mille”, indecl.) Graecorum naves ventis secundis e portibus (“porti”, abl. m. plur.) discēdunt. Iphigenia, in terram Tauricam amota, Dianaē sacerdos nominata est.

Alessandro Magno sfugge a un attentato

Scampato all'attentato da parte di un soldato del re persiano Dario, Alessandro Magno viene poi gravemente ferito in battaglia, ma affronta con coraggio le cure del medico.

Iam ad regem Alexandrum proeliantium clamor pervenērat, cum ille, imminens periculum contemnens, lorīcam suam sumpsit et ad prima signa pervenēnit. Sed Arabs quidam (“un Arabo”), Darēi miles, regem conspexit et, gladium clipeo tegens, quasi transfūga, ante regis pedes se projēcit, auxilium petens. Tum rex supplicem benigne acceptum manu (“con la mano”) sustulit et inter suos accēpit. At statim barbarus iste mendax gladio regis cervīcem appetivit. Alexander tamen exigua corporis declinatione plagam evitavit et barbari manum (“la mano”, acc. f. sing.) ferro amputavit. Sed inevitabile est fatum. Paulo post, dum Alexander rex inter primōres acriter dimicat, sagitta ictus, graviter vulneratus cecidit. Cum autem medicus eius Philippus sagittam per lorīcam adactam et in humero stantem evellit, multum sanguinem e vulnere manare coepit (“cominciò”). Sed Alexander ne oris quidem (ne... quidem “neppure”) colorem mutavit et, dum medicus sanguinem supprimet et vulnus obligātum premit, aequo animo stetit. (da Curzio Rufo)

Traduci il seguente brano d'autore.

Ottaviano conquista l'Egitto

Sono qui sintetizzati alcuni fatti storici che vedono come protagonisti Pompeo, Antonio, l'ambiziosa Cleopatra e il vincitore Ottaviano.

Interim Pompeius pacem rupit et, navalı proelio victus, fugiens ad Asiam interfectus est. Antonius, qui (“che”, nom. m. sing.) Asiam et Orientem tenebat, sorōrem Caesaris Augusti Octavianī repudiavit et Cleopātram, Aegypti reginam, uxōrem duxit. Postea ille contra Parthos pugnavit et primis proeliis eos vicit, tamen remeans fame et pestilentia laboravit et, quia Parthi ei fugienti instabant, victus recessit. Hic quoque ingens bellum civile commōvit, ab uxore coactus, quia illa muliebri cupiditate etiam in Urbe regnare optabat. Antonius profligatus est ab Augusto navalı illa pugna apud Actium, in Epiri regione, deinde in Aegyptum fugit et, desperata salute (“persa ogni speranza”), se interēmit. Cleopātra quoque sibi aspīdem admisit et veneno eius extincta est. Aegyptus per Octavianum Augustum imperio Romano adiecta est praepositusque ei Cn. Cornelius Gallus. Hunc primum Aegyptus Romanum iudicem (“governatore”) habuit. (da Eutropio)

Traduci il brano d'autore e svolgi le attività che seguono.

Il coraggio di Clelia

Il valore militare di Clelia che guida le compagne verso la libertà è riconosciuto dal re nemico Porsenna.

Olim grave bellum erat inter Romanos et Porsennam, Etruscorum regem. Postquam Porsenna Romam pervenērat, inter obsides a Romanis ad regem traditos Cloelia quoque, nobilis virgo, fuit, unā (avv.) cum multis aliis virginibus puerisque. Cum regis castra haud procul a ripa Tibēris locata erant, Cloelia custodes decēpit et, dux agmīnis virginum captarum, pericula contemnens, inter tela hostium Tibērim natavit. Ut id regi nuntiatum est, ille statim, incensus ira, legatos Romam misit ut Cloeliam reposcēret (ut... reposcēret “per richiedere indietro”). Romani foederibus oboedientes eam restituērunt. Tum rex, ad Cloeliae virtutis admirationem motus, non solum eam laudavit, sed etiam ei donavit obsidum partem eique concessit quod (“ciò che”, acc. n. sing.) cupiebat. Inter obsides productos, Cloelia nonnullos pueros elēgit, quia eorum aetatem maxime obnoxiam iniuriaē videbat. Postquam pax redintegrata est, Romani novae in femina virtuti novum genus honoris tribuērunt, statuam equestrem: in summa Sacra via posita est virgo insidens in equo.

(da Livio)

La cornacchia superba e il pavone

Una cornacchia si “traveste” da pavone e finisce con l’essere disprezzata da tutti per la sua superbia.

Pennae pavōni deciderant graculusque, inani superbia tumens, collegērat atque suum corpus exornavērat. Deinde, graculorum genus contemnens, cum formoso pavōnum grege convēnit. Pavōnes autem, dolum animadvertisentes, impudenti avi pennas eripiunt eumque rostris fugant. Plagis et contumelia māerens graculus ad proprium genus tristis revertit; graculi autem procacem alītem reiciunt, monumentum iniuriaē addentes: «Nostris sedibus et tua natura contentus non fuisti; ideo contumeliam pavōnum et nostram repulsam nunc sentis». Si (“se”) a pristinis morībus deflectes, amicos amittes et in magnis calamitatibus eris.

(da Fedro)

STORIA

Traduci il seguente brano d'autore.

La battaglia del Trasimeno (I)

Giunti in prossimità del lago Trasimeno, i Romani cadono nell’imboscata di Annibale, complice anche la geografia del luogo.

Hannibal ex hibernis per Etruriam ad Trasumenum lacum (“lago”, acc. m. sing.) pervenērat, omni clade urbes agrosque vastans. Inter lacum et colles via angusta est, ultra campos patescit. Carthaginiensium dux ibi in loco aperto castra posuit, levis armaturae milites post montes locavit atque equites in insidiis ad fauces nemōris occultavit. Romanorum copiae quoque, a Flaminio consule ductae, ad lacum pervenērunt, angustias superavērunt, Poenorū castra militesque in patenti campo conspēxerunt et ad hostes processērunt. Forte ex undis densa nebula surrexit atque omnia loca contexit. Itāque consul Carthaginiensium insidias post terga et supra caput impendentes non animadvertisit: Hannibālis milites, montes et lacus (“lago”, nom. m. sing.) Trasumenus undique Romanos claudebant.

(da Lívio)

STORIA

Traduci il seguente brano d'autore.

La battaglia del Trasimeno (II)

Nemmeno una forte scossa di terremoto distoglie le truppe in campo dalla battaglia, che si conclude con la pesante sconfitta romana.

Cum pugnae signum Hannibal dat, universi Carthaginienses undique in Romanos impetum (“attacco”, acc. m. sing.) faciunt. Romani in fronte, in sinistra parte, post terga habent hostes, montes et lacum (“lago”, acc. m. sing.) in dextera; consulis et ducum imperia p̄ae fragore non audiunt. Praeterea densa caligo oculos tegit et Romani ne sua quidem (ne... quidem “neppure”) arma conspiciunt. Omnes ad pugnam animos intentos habent. Tum enim terrificus motus terrae (“terremoto”, nom. m. sing.) multarum urbium Italiae magnas partes prostravit avertitque rapidos amnes, at nemo (“nessuno”, nom.) pugnantium sensit: tantus fuit animorum ardor. In tam atroci proelio ingens fuit caedes. Flaminius quoque in proelio strenue pugnans cecidit.

(da Lívio)

Traduci il seguente brano d'autore.

Mario, homo novus, aspira al consolato

Nessun ostacolo, se non le sue origini familiari, si oppone al conferimento del consolato a Gaio Mario, abile generale, ma *homo novus*, cioè proveniente da una famiglia in cui nessuno ha mai rivestito alcuna carica pubblica.

Marium iam antea consulatus ingens cupido exagitabat et ad hunc magistratum, praeter vetustatem familiae, alia omnia ei abunde erant: industria, probitas, militiae magna scientia, animus belli ingens domi modicus, libidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus. Postquam ille omnem pueritiam Arpini deḡerat, ubi primum aetas militiae patiens fuit, militiā, non Graecā facundiā neque urbanis munditiis se exercuit; ita inter bonas artes integrum ingenium brevi tempore adolevit. Ergo, ubi primum tribunatum militarem a populo petivit, facile omnibus civībus notus per omnes tribus declaratur. Deinde magistratus alium post alium (“una dopo l'altra”) sibi pep̄erit. Tamen Marius consulatum adpetere non audebat, illo enim tempore alios magistratus plebei adpetebant, sed consulatum nobilitas inter se per manus tradebat. Homo novus enim indignus illo honore putabatur. (da Sallustio)

La sconfitta dei Galli

Cesare decide di sferrare l'attacco finale alle truppe giunte da tutta la Gallia in soccorso agli assediati di Alesia, ultima roccaforte della resistenza celtica alla conquista romana.

Caesaris adventu ex colore vestitus cognito, turmisque equitum et cohortibus Romanis visis, hostes proelium committunt. Utrumque (avv.) clamore sublato, rursus ex vallo atque omnibus munitionibus strepitus excipit. Nostri, omissis pilis, gladiis pugnant. Repente post tergum equitatus cernitur. Cohortes aliae adpropinquant: hostes terga vertunt. Fugientibus equites occurruunt. Magna caedes evenit. Sedullus, unus inter Gallorum duces, occiditur, Vercassivellaunus autem vivus in fuga comprehenditur; signa militaria LXXIV (= septuaginta quattuor "74") ad Caesarem ducuntur: pauci ex tanto numero se incolumes in castra recipiunt. Postquam hostes ex oppido caedem et fugam suorum conspexerant, desperata salute, copias a munitionibus reducunt. Protinus, hac re ("cosa", abl. f. sing.) auditā, ex castris Galli fugerunt. Nostri milites, acri proelii labore defessi, omnes hostium copias delere non potuerunt ("riuscirono"), sed media nocte missus equitatus novissimo agmine iis occurrit: magnus numerus eorum capitur et interficitur; reliqui ex fuga in civitates discedunt.

(da Cesare)

Due fratelli valorosi

Durante un'aspra battaglia l'aquitano Pisone muore eroicamente, dopo aver salvato il fratello accerchiato dai nemici. Vista la fine di Pisone, il fratello a sua volta si getta nella mischia e viene trafitto.

Hostes, ubi primum Cesaris equitatum conspexerunt, impetu facto celeriter nostros perturbaverunt. Rursus nostris resistantibus, consuetudine sua illi ad pedes desiluerunt et, suffossis equis nostrisque deiectis, manus conseruerunt. Multi nostrorum citato gradu terga verterunt et in fugam se dederunt, neque prius fugā destitérunt quam in conspectum agminis nostri pervenérunt. In illo proelio multi ex equitibus nostris interfici sunt et in his Piso Aquitanus, fortis vir, cuius ("del quale") avus in civitate sua regnum obtinuerat et amicus a senatu Romano appellatus erat. Hic fratri ab hostibus intercluso auxilium praebuit illumque e periculo eripuit, sed ipse ("egli stesso") equo vulnerato deiectus et ab hostibus circumventus, multis vulneribus acceptis, cecidit. Sed frater eius, ubi primum illius casum animadvertisit, incitato equo magna vi contra hostes impetum fecit et acriter pugnans confossus est.

(da Cesare)

Gli abitanti di Alba Longa sono deportati a Roma

In un crescendo drammatico Livio descrive l'occupazione di Alba Longa e la deportazione dei suoi abitanti a Roma: in una sola ora sono distrutti secoli di storia.

Inter haec iam praemissi Albam erant equites, civium multitudinem Romam traductūri. Legiones deinde ductae erant urbem dirutūrae. Ubi illae intravēre portas, non quidem fuit tumultus ille nec pavor qualis captarum esse urbium solet, cum, effractis portis stratisve ariete muris aut arce vi capta, clamor hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet; sed silentium triste ac tacita maestitia defixit omnium animos. Cives prae metu nunc in liminibus stabant, nunc domos suas ultimum (avv.) visūri per urbem errabant. Ut vero iam equitum clamor instabat, iam fragor tectorum, quae ("che", nom. n. plur.) diruebantur, in ultimis urbis partibus audiebatur pulvisque ex distantibus locis velut nube inducta omnia texerat. Iam continens agmen migrantium impleverat vias, et conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrimas vocesque etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum praecipue, cum obsessa ab armatis tempa augusta relinquebant. Tandem Romani passim publica privataque omnia tecta diruunt, unaque hora Albam excidio ac ruinis dedērunt. (da Livio)

Il destino di Ciro

Un sogno predice al re dei Medi Astiage che perderà il regno a causa del nipote. Il sovrano decide così di far eliminare il bambino che, sopravvissuto, diventerà Ciro il Grande.

Post multos deinde reges per ordinem successionis regnum ad Astyāgen descendit. Hic nefastum somnium habuit et consulti hariōli ei praedixērunt regni amissionem ob nepotem quem (“che”, acc. m. sing.) filia paritūra erat. Hoc responso exterritus, neque claro viro neque civi filiam suam sed ex gente obscura Persarum Cambysi, mediōcri viro, in matrimonium tradidit. Ac ne sic quidem (ne... quidem “neppure”) somnii metu deposito gravidam ad se filiam arcessit, ut sub avi oculis partus necaretur (ut... necaretur “affinché fosse ucciso”). Infans igitur Harpago, regis amico, datus est. Hic eum necatūrus erat, sed regis filiae ultionem timens, pastori regii pecoris puerum exponendum (“da esporre”) commīsit. Sed eius uxor regium puerum vidēre cupiebat. Illis precibus defatigatus, pastor, postquam in silvam revertērat, invēnit iuxta infantem canem feminam ubēra praebebentem et a feris alitibusque eum defendantem. Motus et ipse misericordiā, domum puerum portavit eum alitūrus. Atque ita pro filio pastoris educatus est idem qui (“che” nom. m. sing.) pro nepote regis expositus erat. Cum puer adolevit, Cyrum nomen accēpit. (da Giustino)

Il coraggio di Orazio Coclite

Orazio Coclite da solo si oppone all'assedio degli Etruschi ormai prossimi a conquistare la città per riportare al governo i Tarquini. Mentre i suoi concittadini abbattono il ponte Sublico, via d'accesso a Roma, egli fronteggia gli avversari, guadagnando nell'impresa grande fama.

In bello contra Etruscos Romani insignia virtutis exempla praebuerunt. Porsenna, Etruscorum rex, cum infesto exercitu Romam venerat et, Tarquinios in urbem restituturus, Ianiculum iam ceperauit. Cives ergo intra urbis moenia ex agris demigraverunt, se suaque contra hostes defensuri: urbs enim, saepa muris Tiberique flumine, satis tuta eis videbatur ("sembrava"). Sed Etrusci Porsennae ipsius iussu ad pontem Sublicium pugnabant et iam urbem capturi erant, cum Horatius Cocles, nobilis Romanus civis, magnum exemplum suae virtutis praebuit. Is enim pro ponte Sublico obstitit, aciem ("la schiera", acc. f. sing.) hostium solus sustinens et audaciā suā hostes commōvens. Minaciter volvens truces oculos, duces Etruscorum provocabat et acriter pugnabat. Tandem, ponte a tergo a civibus resciutto, hostes repulsi sunt. Tum Cocles armatus in Tibērim desiluit multisque superincidentibus hostium telis incolumis ad suos tranāvit. Grata erga tantam virtutem civitas fuit: ei agellum ex agro publico donavit. Statua quoque in comitio posita est.

(da Livio)

Il piano di Milziade è respinto

Milziade coglie l'occasione della difficoltà della campagna militare di Dario in Europa per invitare i capi delle città assoggettate a liberarsi dal dominio persiano. Il suo piano fallisce per l'opposizione del milesio Istieo.

Iisdem temporibus Persarum rex Darīus ex Asia in Europam exercitum traiectūrus erat et Scythis bellum indicere decreverat. Pontem ergo fecit in Histro flumine, copias traductūrus. Dum ipse procul est, eius pontis custodes reliquit oppidarum principes, quos (“che”, acc. m. plur.) secum ex Ionia et Aeolide duxerat. In hoc numero Miltiades fuit. Hic, postquam Scythi bello Dareum superatūri erant, pontis custodes sollicitavit ne a fortuna datam occasionem pro Graeciae libertate dimitterent (ne.... dimitterent “a non tralasciare”). Ponte enim resicco, rex vel hostium ferro vel inopiā brevi tempore e vita excessurus erat. Ad hoc consilium, dum multi accēdunt, Histiaeus Milesius autem obstitit: principes coniurare de Darei morte non debebant – dixit – quia, rege extincto, ipsi, potestate expulsi, ob ipsam cum eo societatem civibus suis poenas datūri erant. Itaque Histiaeus a ceterorum consilio abhorrebat et nihil (“nulla”, acc.) putabat ipsis utile nisi (“se non”) confirmare regnum Persarum. Postquam plurimi (“i più”, nom. m. plur.) talem sententiam probavérunt, Miltiades, quia, tam multis consciis, ad regis aures certe consilia sua perventūra erant, Chersonesum reliquit ac rursus Athenas demigravit.

(da Cornelio Nepote)

CULTURA

Traduci il seguente brano d'autore.

Così muore chi tradisce i patti

Il tribuno Aulo Cornelio Cocco “giustizia” il re di Veio, Tolumnio, nemico e colpevole di non aver rispettato le leggi di guerra.

Erat tum inter equites tribunus militum A. Cornelius Cossus, eximia pulchritudine corporis, animo ac viribus stirpeque par. Is, postquam Veiis vidērat trepidantes Romanas turmas et Tolumnium, hostium regem, regio habitu per totum exercitum volitantem, magna voce dixit: «Hicinē (“questo qui”, nom.) est ruptor foederis humani violatorque gentium iuris? Iam ego hanc mactatam victimam legatorum¹ Manib² datūrus sum». Calcaribus subdītis, infesta cuspide in unum hostem irrūpit et, postquam eum ictum equo deiecērat, confestim et ipse ex equo desiluit. Adsurgentem ibi regem umbone resupīnat repetitumque saepe cuspide ad terram adfingit. Tum, de exsangui corpore detracta spolia caputque abscissum victor spiculo gerens, terrore caesi regis omnes hostes fudit. Ita equitum quoque turma fusa est. Cossus Tibērim cum equitatu transvectus ex agro Veientano ingentem praedam ad urbem portavit.

(da Lívio)

Analizza la struttura sintattica della versione, costruendo lo schema ad albero secondo l'esempio, quindi traduci.

Menenio Agrippa ovvero l'elogio della concordia

Durante la secessione della plebe sull'Aventino, Menenio Agrippa dimostra con un apoloogo come l'accordo con i patrizi sarà vantaggioso per entrambe le parti.

Igitur ad plebem missus est Menenius Agrippa, orator facundus et, quia inde oriundus erat, plebi carus. Is, postquam intromissus erat in plebis castra, prisco illo et horrido modo fabulam narravit. Quondam, cum omnia hominis membra in unum non consentiebant, sed singulis membris suum consilium, suus sermo erat, reliquae partes corporis in iram motae sunt quod omnia suā curā, suo labore et ministerio ventri praebebantur, dum ille in medio quietus voluptatibus datis gaudebat. Igitur corporis membra conspiraverunt: manus iam cibum ad os non portabant, os cibum datum non accipiebat, dentes eum non conficiebant. Hāc irā, dum ventrem fame domare cupiunt, ipsa una membra totumque corpus ad extremam aegritudinem perveniunt. Inde ventris quoque sanguinem in omnes partes reddentis haud segne ministerium apparuit. Corporis seditio similis irae plebis in patres erat: hāc fabellā Menenius Agrippa iram plebis vicit mentesque omnium flexit. (da Livio)

Magnanimità di Emilio Paolo

Il console Emilio Paolo riserva al re macedone Perseo e al suo popolo, sconfitti in guerra, un trattamento generoso.

Cum Perseo autem Aemilius Paulus consul dimicavit vicitque eum viginti milibus peditum (“ventimila fanti”, abl. m.) eius occisis. Equitatus cum rege integer fugit. Romanorum centum (“cento”, indecl.) milites amissi sunt. Urbes Macedoniae omnes, a rege rectae, Romanis se dedidērunt; ipse rex, ab amicis desertus, vēnit in Pauli potestatem. Sed honorem ei Aemilius Paulus consul non quasi victo habuit. Nam et cupientem ad pedes sibi cadēre non permisit et iuxta se in sella collocavit. Macedonibus et Illyriis hae leges a Romanis datae sunt: populi victi liberi erunt et dimidium eorum tributorum praestabunt, quae (“che”, acc. n. plur.) regibus praestiterant, quia populus Romanus pro aequitate neque avaritiā dimicavērat. Itaque in conventu infinitorum populorum Paulus hoc pronuntiavit et legationes multarum gentium magnificenti convivio pavit. Eiusdem hominis est et bello vincere et in convivii apparatu elegans esse.

(da Eutropio)

La decadenza di Roma

Ripercorrendo le tappe della storia romana, lo storico Sallustio individua nella prosperità seguita alla fine delle guerre di conquista l'origine della decadenza della *res publica*.

Antiquis temporibus domi militiaeque Romae boni mores colebantur, concordia regnabat, minime avaritia erat. Ius bonumque apud Romanos non legibus, sed naturā vigebant. In deorum suppliciis magnifici erant, domi parci, in amicos fideles. Duabus (“due”, abl. f. plur.) his artibus, audacia in bello et, ubi pax evenērat, aequitate, rem publicam curabant. Sed ubi labore ac iustitiā res publica crevit, reges magni bello domīti sunt, nationes ferae et populi ingentes vi subacti sunt, Carthago, aemūla imperii Romani, ab stirpe ruit, et, cum cuncta maria terraeque patebant, saevire fortuna ac miscēre omnia incēpit. Antea Romani labores, pericula, dubias atque aspēras res toleravērant; nunc otia divitiaeque eis onēri miseriaeque fuērunt. Igītur primo imperii, deinde pecuniae cupīdo crevit: ea quasi materies omnium malorum fuērunt. (da Sallustio)

La povertà è il miglior riparo

Un mulo, superbo perché trasporta un carico prezioso, si espone all'attacco di un gruppo di briganti che, invece, risparmiano il suo compagno di viaggio, poco attraente perché trasporta un carico d'orzo.

Duo (“due”, nom. m.) muli iter idem faciebant, sarcinis gravati; unus eorum fiscos pecuniā plenos, alter saccos hordēo refertos portabat. Ille, pretioso onere superbus, excelsa cervīce incedebat, clarum tintinnabūlum iactabat comitemque spernebat; hic post eum placīdos et quietos gradus faciebat. Subito latrones ex insidiis erupērunt: mulum, qui pecuniam portabat, ferro vulneravērunt, nummos diripuērunt, mulum vili hordēo onustum neglexērunt. Tum mulus, qui vulnēra accepērat, tristem sortem suam flebat; alter autem dicebat: «Res prospēre mihi evēnit, quem latrones non vulneravērunt quique sarcinas non amīsi».

Hac fabella Aesōpus ille id docet: impotentes homīnum cupiditates divitiae excitant; divites semper magnis periculis, immaturae interdum neci obnoxii sunt; idēo angōres et pavōres eorum vitam terrent; homines qui autem in paupertate aetatem degunt, nullius inimici invidiam movent eorumque vita tuta est et placida.

(da Fedro)

Eroica morte in battaglia di Epaminonda

Colpito a morte, il generale tebano Epaminonda sopporta una lunga agonia per lasciare il campo di battaglia da vincitore.

Dum Epaminondas, Thebanorum imperator, apud Mantineam acie instructa acriter hostes instat, a Lacedaemoniis cognitus est. Quia illi eum necare cupiebant pro salute patriae suae, universi in unum impetum fecerunt neque prius abscesserunt, quam magna caede multisque occisis ipsum Epaminondam, qui fortiter pugnabat, sparso eminus percussum concidere vidérunt. Huius casu aliquantum retardati sunt Boeotii, neque tamen prius pugna excesserunt, quam repugnantes profligavérunt. At Epaminondas, cum animadvertisse mortifero vulnere ictum, efflatus animam, mortem festinare non voluit (“volle”), sed ferrum in corpore retinuit donec victoria Boeotiorum renuntiata est. Id postquam audivit, «Satis» inquit (“disse”) «vixi; invictus enim morior (“muoio”»). Tum, ferro extracto, confestim exanimatus est.

(da Cornelio Nepote)

Vittoria dell'esercito romano su Asdrubale

L'esercito cartaginese e quello romano si apprestano allo scontro presso il fiume Ebro, in Spagna, in condizioni di parità. Al primo assalto i Romani risultano vincitori, motivati dal desiderio di bloccare al nemico la via verso l'Italia.

Hasdrūbal, Carthaginiensium dux, ad Hibērum amnem descendērat, ex Hispania Italiam petitūrus. Obviam ei Romana acies vēnit, quae a Scipione duce regebatur. Per paucos dies neuter in aciem descendit; tandem uno eodemque die utrimque (avv.) signum pugnae propositum est atque omnes copiae, Romanorum Poenorūmque, manū conseruērunt. Triplex stetit Romana acies: velītum pars inter antesignanos locata est; pars post signa accepta; equites cornua cinxērunt. Hasdrūbal medium aciem Hispanis militibus firmat; in dextero cornu Poenos locat, in laevo Afros mercennariorūmque auxilia; equitatum pro cornibus appōnit. Ita instructa acie, Hasdrubāli et Scipioni fere par spes erat, quia non multum aut numero aut genere militum hi aut illi praestabant. Romani milites tamen fortes strenuique erant, velut pro Italia dimicatūri. Itaque primo concursu Romani hostes facile (avv.) superaverunt magnamque hostium vim occidērunt. Mauri Numidaeque, ubi primum aciem inclinatam vidērunt, terga vertērunt; Hasdrūbal quoque e media acie cum paucis vix effūgit.

(da Livio)

CULTURA

Traduci il seguente brano d'autore.

Le navi di Cesare alle prese con l'alta marea

Nel corso della prima spedizione di Cesare in Britannia, le navi romane, all'ancora presso la costa, sono colte da un'improvvisa alta marea che le danneggia in gran parte. Grave è lo sconforto dell'esercito romano che si vede preclusa la possibilità del rientro in Gallia.

Eadem nocte luna plena erat, quae maritimos aestus magnos in Oceano efficere consuevit, nostrisque id erat incognitum. Ita uno tempore et longas naves, quas Caesar in aridum subduxerat, aestus complebat, et onerarias, quae ad ancoras erant diligatae, tempestas adflictabat, neque Romani ullo modo aut naves administrare aut laborantibus auxilium ferre ("portare") valebant. Multis navibus fractis, quia reliquae, funibus, ancoris reliquisque armamentis amissis, ad navigationem inutiles erant, totus exercitus magna perturbatione captus est. Neque enim aliae naves militibus erant et multa, quae usui navibus erant, delēta erant. Caesar autem exercitum in Galliam reducere debebat quod frumentum in his locis in hiemem provisum non erat.

(da Cesare)

Le divinità dei Galli

Cesare passa in rassegna le divinità dei Galli, attribuendo loro i nomi degli dèi romani. Su tutti il dio della guerra riceve una particolare forma di devozione, quando i soldati accumulano in suo onore il bottino sottratto al nemico.

Galli Deum maxime Mercurium colunt. Huius sunt plurima simulacra: hunc omnium inventorem artium putant, hunc viarum atque itinérum ducem, hunc ad quaestus pecuniae mercaturasque habēre vim maximam existimant. Post hunc Apollinem et Martem et Iovem et Minervam colunt. De his eandem fere, quam reliquae gentes, habent opinionem: fama est Apollinem morbos depellere, Minervam operum atque artificiorum initia tradere, Iovem imperium caelestium tenere, Martem bella regere. Huic, cum proelio dimicare constituērunt, ea quae bello cepérunt plerumque (“per lo più”) devōvent: cum superavērunt, animalia capta immolant reliquaque spolia in unum locum cogunt. In multis civitatibus harum rerum exstructos tumulos locis consecratis vidēre licet. Omnes homines qui, neglecta religione, aut capta apud se occultare aut posita tollere audent (da audeo), gravi supplicio cruciatuque puniuntur.

(da Cesare)

Traduci il seguente brano d'autore.

La pazienza di Socrate

Due esempi di vita vissuta dimostrano con quanta saggezza Socrate affrontasse il rapporto con gli altri.

Socrates, vir divinae sapientiae et vitae frugi, semper virtutis exempla praebuit civibus suis. Erat ei discipulus Alcibiades, iuvēnis eximia mente sed ingenio immodico: olim iuvenem, vastitatem praediorum ipsius iactantem, duxit Socrates ante tabulam descriptione terrae depictam, deinde iussit eum agros suos indicare. Ei respondenti praedia eius in tabula non esse depicta, dixit: «Agrorum possessione etiam superbies, cum (“mentre”) tam parva terra tibi est?». Summa cum animi aequitate tolerabat Socrates etiam Xanthippes (gen.) uxoris intractabile ingenium: nam constat eam morosam admōdum fuisse et iurgiosam et irarum molestiarumque scatentem per diem et noctem virum suum momordisse. Quod Atheniensibus fas erat ex lege uxorem ex matrimonio expellere, Alcibiades magistrum suum interrogavit: «Cur (“perché”) mulierem tam acerbam domo non ex̄gis, sicut est mos?». Respondit ille se, petulantiam et inurias uxoris sponte tolerantem, ceterorum quoque vitia facilius (“più facilmente”) toleraturum esse et tali usu patientiam suam numquam victum iri.

(da Aulo Gellio)

Inquietanti fenomeni prima della battaglia

Lo storico Tito Livio riferisce gli strani prodigi che si verificarono in Italia durante la seconda guerra punica, nell'imminenza di quella che per i Romani sarà la rovinosa battaglia presso il lago Trasimeno.

Iam ver appetebat, itaque Hannibal ex hibernis exercitum movit ad Appenninum. Augebant metum prodigia ex pluribus simul locis nuntiata. Fama est in Sicilia militum aliquot spicula arsisse et litora crebris ignibus fulsisse et scuta duo (“due”, acc. n.) sanguine sudavisse. Dicunt autem milites nonnullos fulminibus ictos esse et solis orbem minutum esse, et Praeneste ardentes lapides de caelo cecidisse, et Arpis parmas in caelo visas esse pugnantemque cum luna solem. Narrant Capenae duas (“due”, acc. f.) interdiu lunas in coelo apparuisse et Faleriis caelum findi velut magno hiatu et ibi ingens lumen effulsisse; et per idem tempus Romae signum Martis Appiā viā ac simulacra luporum sudavisse, et Capuae speciem caeli ardantis fuisse lunaeque inter imbre cadentis. Inde etiam minoribus prodigiis fides data est. Dicebant enim gallinam in marem fuisse et gallum in feminam sese vertisse. His, sicut erant nuntiata, expositis auctoribusque in curiam introductis, consul de religione patres consuluit. (da Livio)

La maledizione del cavallo

Aulo Gellio racconta lo sfortunato destino che colpiva chiunque possedesse il cavallo di Gneo Seio, proverbiale per la sua bellezza e abilità, ma anche tacciato di portare sfortuna!

Fama est Cnaeum Seium habuisse equum natum Argis in terra Graeca, magnitudine inusitata, cervice ardua, colore puniceo, flora et comanti iuba. Tamen fama erat eos, qui tale equum possidebant, cum omni domo, familia fortunisque suis ad ruinam perventuros esse. Itaque primum illum Cnaeum Seium, dominum eius, a M. Antonio capitisi ("a morte") damnatum, miserando supplicio affectum esse. Dicunt eodem tempore Cornelium Dolabellam consulem in Syriam venientem, famā istius equi adductum, Argos devertisse emisseque eum sestertiis centum milibus ("per centomila sesterzi"); sed notum est ipsum quoque Dolabellam in Syria bello civili obsecsum atque interfectum esse. Mox eundem equum, qui Dolabellae fuerat, C. Cassius, qui Dolabellam obsecrābat, abduxit. Cassius postea, fuso exercitu suo, e vita decessit. Hinc proverbium de hominibus calamitosis venit: «Ille homo habet equum Seianum».

(da Aulo Gellio)

STORIA

Traduci il seguente brano d'autore.

Cesare sconfigge gli Elvezi

Mentre gli Elvezi tentano di attraversare il fiume Saône, Cesare distrugge uno dei loro villaggi, riscattando così la memoria del console Lucio Cassio, che proprio in quel luogo era stato sconfitto alcuni anni prima.

Flumen est Arar, quod per fines Haeduorum et Sequanorum in Rhodanum influit, incredibili lenitate. Id Helvetii ratibus ac lintribus iunctis superabant. Ubi per exploratores Caesar cognovit tres ("tre", acc. f.) iam partes copiarum Helvetios id flumen traduxisse, quartam vero partem citra flumen Ararim relictam esse, de tertia vigilia, legionibus tribus ("tre", abl. f.) e castris eductis, ad eam partem pervenit, quae nondum flumen superaverat. In eos impeditos et inopinantes impetu facto, magnam partem concidit; reliqui sese fugae mandaverunt atque in proximas silvas abdidérunt. Is pagus appellabatur Tigurinus; nam omnis civitas Helvetia in pagos divisa est. Hic pagus unus, patrum nostrorum memoriā, L. Cassium consulem interfecrābat et eius exercitum sub iugum miserat. Ita sive casu sive consilio deorum immortalium quae pars civitatis Helvetiae insigni calamitate populo Romano adfecrābat, ea princeps poenam persolvit.

(da Cesare)

Non si può sfuggire al proprio destino

Il re di Argo Acrisio, a cui l'oracolo aveva predetto che sarebbe stato ucciso dal nipote, fa di tutto per evitare che la triste profezia si compia. Contro la sua stessa volontà, il giovane Perseo sarà, tuttavia, responsabile della morte del nonno.

Danae (nom.), pulchra virgo, filia regis Acrisii erat. Acrisius, Argorum rex, oraculum interrogavit de fato filiae, eique responsum est Danaem filium parituram esse eumque regem interfecturum. Statim rex, praesagio exterritus, filiam in muro lapideo paeclusit. Sed Iuppiter deus, in imbrem aureum conversus, cum Danae (abl.) concubuit et filium Perseum genuit. Ob stuprum autem pater filiam cum Perseo in arca inclusam in mare deiēcit. Sed arca, Iovis iussu, in insulam Seriphum venit; ibi a piscatore inventa est. Eā effractā, mulierem cum infante vidit et eos ad regem Polydectem perduxit, qui Danaem uxorem duxit et Perseum in Minervae templo educavit. Postquam Acrisius cognovit filiam nepotemque apud Polydectem esse, vēnit in urbem eos repetiturus. Simul ut Acrisium vidit, Perseus avo suo fidem dedit numquam se eum interfecturum esse. Post paucos dies decessit Polydectes. Dum autem regis funebres ludi celebrantur, Perseus discum misit, quem ventus in Acrisii caput distūlit (ind. perf. da differo). Itāque iuvenis avum suum interfēcit, non sua, sed deorum voluntate. (da Igino)

Dopo aver letto con attenzione il testo, svolgi le seguenti operazioni:

- sottolinea le voci verbali che costituiscono i predicati;
- suddividi ciascun periodo in proposizioni (tante quante i predicati) separandole con una barra semplice;
- individua le congiunzioni coordinanti e subordinanti, prestando attenzione al valore di *quod*;
- completa le note;
- traduci.

Un agguato fallito

Il satrapo Dàtame, colpevole di essersi ribellato al sovrano Artaserse, sfugge a uno dei tanti agguati organizzati ai suoi danni dal re grazie a un astuto stratagemma.

Rex Artaxerxes, quod implacabile odium in Datāmen suscepérat, postquam bello eum opprimi non posse (“poteva”) animadvertisit, insidiis interficēre studuit, quas ille omnes vitavit. Cum ei nuntiatum est nonnullos sibi insidias struēre, qui in amicorum erant numero, id exquirēre statuit. Itāque iter fecit, in quo insidias sibi futuras esse dixérant. Sed elegit virum corpore ac statura similem sui eique vestitum suum dedit atque eo loco procedēre, quo ipse consuevérat, iussit. Ipse autem ornatu vestituque militari inter corpōris custodes iter facēre incēpit. At insidiatores, postquam in eum locum agmen pervenit, decepti ordine atque vestitu impetum in eum faciunt, qui suppositus erat. Iussērat antea Datāmes eos, cum quibus iter faciebat, paratueros esse facēre, quod ipsum facēre vidissent (“avessero visto”). Ipse, simul ut concurrentes insidiatores animum advertit, tela in eos coniecit. Quod idem universi satellītes fecērunt, priusquam pervenirent (“giungessero”) ad eum, quem interficēre volebant (“volevano”): sic omnes insidiatores confixi concidērunt.

(da Cornelio Nepote)